



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Epistola LIII. Venerando viro Ærico Duci, Albinvs Magister Salvtem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

FLACCI ALCVINI.

TOI

EPISTOLA LII.

Omnibus in Christi charitate amicis.

HVMILIS LEVITA ALCVINVS  
salutem.

**V**ICINQVE iste presbyter NORBET nomine ad vestram perueniat præsentiam, obsecro, ut benignè cum suscipere dignemini, in quo cuncti negotio, vel necessitate opus habeat. Certissimè DEVUM habeatis bonitatis vestrae remuneratorem: qui dicturus erit in die iudicij: Hospes eram, & collegistis me.

Et si mea quid paritas potest, vobis gratiarum actiones, in quantilibet causa rependere studiosè, & fideliter facere curabo. Hunc vero, vel alios, pro Christi nomine peregrinantes in suam mansionem suscipientem illum, divina in cœlesti habitatione suscipiat clementia. Valete viri fratres in Christo.

EPISTOLA LIII.

Venerando viro Ærico Duci,

ALBINVS MAGISTER SALVTEM.

**A**TIS mihi sacra lectionis intentio, & piæ humilitatis conuersatio placet in vobis, & quando mea paruitatis mansiunculam visitare non sprouistis. Vnde & gratias agimus vestrae benignitati, DEVMOVE diligenterissimè pro vestra deprecamur hospitate; quatenus suæ fortitudinis dexteram contra aduersarios sancti sui nominis victoricem ubique faciat, & ab omni aduersitate diabolice fraudis, seu à cunctis inimicorum insidiis suæ magnæ pietatis potentia clementer custodiat: cuius sanctissimam voluntatem, in obseruatione præceptorum illius, quantu[m] humanæ possi-

N 3

possi-

CCANJ  
SII  
Mg. III.  
SIV  
Z4

possibile sit fragilitati, intentissimè efficiens, vt te in præ  
speris regere, & in aduersis protegere dignetur.

Plura tibi, vir venerande, de christianæ pietatis obf  
fuatione forte scripsisse, si tibi docto[r] egregius, & p[ro]p[ter]e  
cœlestis vitæ præceptor PAVLINVS meus præstò non eff[er]it  
de cuius corde emanat fons viuentis aquæ, & in vitam salu  
tis æternam. Illum habecas tibi salutis æternæ conciliati  
rem: nec aliquid tuæ conuerstationis pes impingat: sed  
eo itinere currens, diuina donante gratia, ad perpetuas  
portas vitæ peruenire mercatur. Viue, & vale feliciter in  
ternum.

## EPISTOLA LIV.

Dilecto amico Magenhario comiti

HVMILIS LEVITA ALBINVS  
salutem.

**A**V DIVI VOS, vir venerande, nostræ paruitatis opti  
se colloquia, & vt verè fateor, vestram valde de  
derauit præsentiam, vt dulci colloquitione vester  
prudentiæ consolarer. sed quia terum euentu hoc fieri non  
valuit, visum est mihi condignum, literis implere quo  
verbis non potui; & in eis in vos ostendere dilectionem  
& vobis utilia per chartam suadere, vt vester profectus, me  
us esset fructus: vt qui in sublimi dignitate positus es ince  
ris, per opera iustitiae & misericordiae cœlestem tibi mer  
aris honorem.

Cogita, quod transitoria sunt hæc omnia, quæ in hoc  
seculo habemus. Et quia necessarium est uniuersitate ho  
minum veniam sibi per temporalia benefacta promovere  
& gloriam. Quapropter ut ad perpetuam peruenias, Deo  
donans